



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Historia Ioannis Cochläei De Actis Et Scriptis Martini Lvtheri Saxonis**

**Cochlaeus, Johannes**

**Parisiis, 1565**

Praefatio In Acta Historiamqve Lvtheri.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29789**

# PRAEFATIO

IN ACTA HISTORIAM-

QVE LVTHERI.

**P**ER A E Precium videtur literis, ad posteros commemorare utcumq; praesens hoc Ecclesiae dissidium, quod Martinus Lutherus suis cum complicitibus, tum scribendo tum predicando, longe lateq; in orbe Christiano excutavit, maxime vero in Germania. Tale est enim ac tantum, tanquam diuturnum hoc malum, ut vel maximo gravissimoq; bello equiparari, immo longe gravius perniciosiusque existimari queat. Nullum profecto bellum orbi Christiano aut plura aut maiora intulit mala, quam dissidium istud. Ut enim animarum, quae sensibus nostris non apparent, pericula interitusque omittamus (licet ea damna omnium sint maxima, & nullis lachrymis satis defendenda: quandoquidem anima, natura sua immortales, & per Baptismi gratiam ad aeternam vitam consecratae, per infelix hoc dissidium, extra Ecclesiae gremium & vitam temere pereuntes, in aeternam mortem perpetuis addecuntur supplicis) Tanta sunt omnium rerum, omniumque ordinum turbationes, in Christianitate dedit schisma istud, quantas sane haereticis nulli dedit unquam. Nulla quidem haereticis aut latius aut violentius per orbem vagata atque grassata est, quam Arriana: Quae potentissimos Principes, Imperatores Romanos, Constantium, Iulianumque & Valentem, atque etiam fortissimarum gentium Vandalorum, Ostrogotorum, & Visigothorum, Reges bellicosos, Gensericum, Trasimundum, Hunericum, Alaricum, Theodoricum, Totilam & c. habuit defensores ac propugnatores. Verum tamen secta illa longe pauciores habuit in doctrina sua reprobos, & a fide Catholica dissonos articulos, quam habet haec secta Lutheri. Quae usque adeo dissonat ab Ecclesiae Catholicae fide & doctrina, ut non solum turbet sanam sanctorum patrum doctrinam, piisque ritus & antiquas caeremonias: Verum etiam cuncta Ecclesiae Sacramenta, aut in peius mutet, aut penitus aboleat. Praecipua Arrianorum contentio contra Catholicos erat de Filio Dei, quod non esset Homousius, hoc est, consub-

Quanta ex  
Luth. schis-  
mate perditio.

Arriana ha-  
resis.

Secta Lut-  
peior quam  
Arri.



stantialis Patri: Lutherus non solum de Homoufio, tanquam de prophana voce, contra Ecclesiam contendit: verum etiam de septē Sacramētis, de summo Pontificatu, de Missa, de Purgatorio igne, de Ceremoniis, de Exequiis mortuorum, de quo autem non necuas aut male renouatas exuscit at lites? Et vltra doctrina dissonantiam, superaddit p'urima in omnem statum Ecclesiasticum conuitia: eaque vt amarulenta, ita & plerunq; calumnia, adeoq; seditiosa, vt per ea concitauerit Laicos quamplurimos in publicos tumultus: eosque tam seuos & cruentos, vt anno Domini M. D. XXV. intra tres menses in vna Germania occisa fuerint supra Centum Millia hominum. Quorum sane & corpora gladio Principum, & animas eternis suppliciis, adiudi auit ipsemet Lutherus licet illi supra modū Lutherani essent, & de Lutheri Euangelio sese iactarent. Quāta vero fuerint per eos seditioū tumultus damna data in sacris tēplis ac Monasteriis, nemo satis vel explicare vel aestimare queat. Lutherus enim nouas euulgauerat Indulgētias pro cūctis hominibus, qui in hoc exponerent, atque in periculū offerrent & corpora, & honorē, substantiāque suā vt Episcopatus, Collegiaque & Monasteria funditus delerentur. Per quod sane factum mereretur & esse & vocari veri Christiani, ac dilecti filii Dei. Miseri igitur Agricole, pro sua simplicitate verbis eius credētes putalāt se optimū Deo prestare obsequium, si vel maxime ac barbarissime scirent in quoslibet Ecclesiasticos, precipue vero in Monachos ac Moniales. Vnde factum est, vt in eiusmodi tū Ecclesiarum tū Monasteriorum diruptionibus ac deuastationibus, nulla ab i' sinis Lutheranis habita sit superis, aut Reliquis sanctorum, ne ipsi quidem Christo in Sacramento Eucharistiae veneratio: nulla locis, vasisque ac vestibus consecratis religio: nulla sacerdotibus Dei sacrisque virginibus reuerentia. Quanto quisque immanius furebat tanto magis videbatur Evangelicus, Deoque maius dicebatur prestare obsequium. Neque tamen satis fuit Luthero, tanto in Ecclesiasticos odio atque furore accendisse per conuitia calumniasque Laicos. In seculares quoque Principes stylum suum, velut gladium ancipitem, nouaculamque bis acutam strinxit. Non solum propter Edictum Vuormaciense, in quo eius doctrina, velut seditiosa & heretica, inno velut generalis omnium heresum sentina, à Cesare nostro, communi Principum Statuumque sacri Romani Imperii consensu, re-

Tumultus  
sticorum.

Damna tem-  
plis & Mo-  
nasteriis data.

Furore & im-  
pietas rustico-  
rum.

Contra Prin-  
cipes, conuitia  
Luth.

Edictum edi-  
tum Anno  
1521.



P R Æ F A T I O .

ieſta condemnataque fuit: Verum etiam propter diſſipatam quorundam Nobilium Lutheranorum coniurationem de qua ingens fuerat Luthero ſpes, ac rei pro voto ſuo gerenda fiducia. Multis igitur criminationibus improprieſque & calumniis per varia ſcripta ſua inſeruit atque traduxit Principes, ut per ea redderet illos popularibus turbis contempribiles: crebro minitans eis illud Pſalmiſta Effudit contemptu ſuper Principes. Cunque ab una parte graue immineret Germaniæ periculum à Turcis, ab alia parte non leuius periculum à tumultuante & in ſeditionem concitata iam plebe, ruſticorumque multitudine: Lutherus, ut adaugeret vtrumque periculum, multa pro Turcis, multa pro ruſtici, contra Principes noſtros in populos Germaniæ diſſeminauit. Palam enim diſſuadebat Germanis nullam contra Turcas Principibus noſtris opem ferre: Quandoquidem Turca decies melior eſſet illis, quos contemptim & porcos & beſtias vocabat, ipſumque Caſarem miſeram dicebat ſaccum vermium: Et ruſticorum articulos adeo inſoſos & aqnos eſſe affirmabat, ut omnem Principibus fauorem gratiamque creperent, tam coram Deo quam coram hominibus: Certiſſimum itaque eſſe quod Deus velit proſtigare atque diſperdere Principes, Verum: vbi longe aliter cecidit ſors, quam ipſe ſperabat, proſtigatis inſelicibus ruſticis, nequiſſime applaudens Principibus, diſiſſima quæque in ruſticos effuſiuit. Naclius deinde quorundam Principum fauorem ac beneuolentiam, ſectam ſuam nouis Ligis & conſiderationibus longe fecit validiorem Catholicis que magis formidabilem: poſteaquam ſchiſma iſtud non ſolum contra Eccleſiaſticos ſed etiam cõtra ſeculares inualuit. Nulla proſecto gens, nulla Natio nullus hoſtis, nulli bellũ, nulli ſchiſma, nulla hereſis, nulla de celo ira aut plaga Dei: vel plura vel maiora vnquam Germaniæ mala intulit, quã intulit multis iam annis, & quotidie adhuc in ferre nõ ceſſat, iſta Lutheri factio. Quæ ab Inſulgentius quidem Papa exordium ſumpſit, dum quereretur ille, earum prætextu ingentem pecuniam à Germania exportari. Verum centuplo aut potius millecuplo maiore pecuniam in Germania diſperdit & conſumpſit ipſa interim factio. Nam ut omnia illa damna quæ animabus corporibusque hominum & rebus Eccleſiarum ac Monafteriorum, tũ ſacris tum prophanis, in eſtimabiliter illata ſunt, obliuioni tradantur: Certe in arcibus Nobiliũ ruſtico ſurore atque multo direptis ac dirutis, multo plus damni datum eſt, quam in pecuniis illa dederunt Romani Pontifi-

Pſal 106. Teſe  
tus noſter ait.  
Effuſa eſt con-  
tentio ſuper  
Principes. Lu.  
ſcripta pro  
Turcis & pro  
Ruſticis.

Mala Germa-  
niæ ex factio-  
ne  
Luth.

Arces dirutæ.



eis Indulgentia. Quandoquidem in vna Franconia, seu Franconia  
 Orientali, haud ita magna Germania parte, deuastata esse ferunt  
 CCCXII. arces: Quas sedato tumultu superstites rustici suo labo-  
 re atque sumptu Dominis suis reparare coacti sunt. Quis ergo esti-  
 met plene ac iuste, quatum damni per eiusmodi tumultus plebiti ac  
 que agriculturalium, dati sit in aliis Germania prouinciis, in Sueuis  
 in Alsatia, in Turingia, in tractu adiacentibusque prouinciis  
 Rheni: u. Heluetii, in terra Saltzburgeni, &c. Quid essent  
 ad tanta damna Triobolares ac spontaneae redemptiones Indul-  
 gentiarum? Deinde si computentur in vnâ summam (quod ta-  
 men nemo facere potest) omnes Caesaris nostri Caroli V. &  
 fratris eius Regis Ferdinandi, aliorumque Principum ac Statuum  
 Imperii sumptus, quos propter hanc sectam supprimendam aut  
 eliminandam, fecerunt illi Vuorniaci, Nuremberge, Spire Augia-  
 ste, Ratispona, in publicis diurnisque ac populosis Conuentibus  
 & Comitibus Imperialibus: constabit profecto, eam pecuniam ibi  
 propter hanc factionem consumptam, longe maiorem fuisse, quâ  
 fuerunt omnes Indulgentiarum pecunie, quae intra CCC. annos  
 è Germania Roman exportatae fuerunt. Quis praeterea com-  
 putet, aut in certam summam redigat omnes illas pecunias, quae  
 inutiliter, immo noxie ac perniciose, dilapidatae sunt toto hoc hæ-  
 resum tempore, pro contentiosis libris, tum Lutheri complicumque  
 eius, tum aliorum complurimorum partim Catholicorum, partim  
 & Anglicanorum, & Anabaptistarum, quia maxima ex parte  
 Teuthonice scripserunt omnes, quotquot Germanicae linguae peri-  
 ti fuerunt? Quatum insuper expensum est in sacrorum Biblio-  
 rum, tum veteris tum noui Testamenti, varias in Teuthonicum  
 Translationes, tam Lutheri complice lingue eius, tum Catho-  
 licorum, qui suis interpretationibus annotationes quoque, velut  
 antidota quaedam, in Lutheranas deprauationes superaddere sa-  
 tegerunt. Sed & in grandia Sermorum popularium (quos Home-  
 lias vocant) volumina, tum Lutheri, tum aduersariorum eius,  
 non solum Teuthonice, verum etiam Latine excusa, multisque mil-  
 libus exemplarium per Typographos euulgata, non modicum  
 pecunie à Germanis erogatum, damnosisque mercibus expilatam  
 est. Sed esto leuis sit omnis pecuniarum iactura maximam pro-  
 fecto perniciem in vita & conuersatione humano generi attulis  
 doctrina Lutherica factionis, qua inter populos Christianos so-  
 lutum

Maximi sum-  
 ptus in Dietis  
 Imperialibus.

Pecunie pro  
 libris conten-  
 tiosis & no-  
 xiis.

Quanta dam-  
 na in moribus



P R E F A T I O.

lutum est vinculum pacis & charitatis corrupta morum discipli-  
 na, sublata religio, extrinsecus timor & cultus Dei, exhibita obe-  
 dientia: introducta peccandi licentia ac malitiosa libertas, deprava-  
 nata & in omne vitium prona reddita iuuentus, carnali concu-  
 piscencia omne amorem repagulam, ablatas à sexu muliebri an-  
 tiquus pudor, à populo erga Deum Divosque devotio, à quolibet  
 statu hominum bonorum operum prius in a sedulitas. Non tam de-  
 vote ac diligenter persoluant nunc horas Canonicas, Missasque *Quanta negli-*  
 celebrant sacerdotes, quam fecerunt antea. Nō tam stricte ac stre- *gentia bonorū*  
 nu è observant modo suas regula: Monachi ac Moniales, quam operum,  
 observauerunt prius. Non tam largas habent amplius manus ad  
 ornandum & augendum cultum Dei Principes & Optimates,  
 quam habuerunt antea & ipsi & maiores eorum. Non est ea a-  
 plius in populo, vel frequentia in Ecclesiis ad audienda sacra, vel  
 reuerentia erga consecratos ministros Dei, vel benignitas erga  
 pauperes, presertim scholares fratresque mendicantes vel hone-  
 stas, morumque & verborum grauitas in publico, multo minus  
 in priuato, quae fuit antea. Tam impudica vero & effrenis reddi-  
 ta est vtriusque sexus iuuentus, atque etiam adolescentia & *Impudentia*  
 pueritia: ut per conuicia calumniarumque Lutheri in omnes fere sta- *Iuuentutis.*  
 tus & subdito: um retores, tam seculares quam Ecclesiasticos,  
 tum per falsam & impudicam interpretationem huius diuinae be-  
 nedictionis, Crescite & multiplicamini: ut ludibrio in & pro  
 bro habeatur vel studium vel votum castitatis, & suspecta sit  
 omnis virginitas & continentia. Sunt itaque qui affirmant, Lu-  
 theraum a spiritu immundo sub Incubi specie prognatum esse. Cu-  
 ius rei afferunt testem, religiosam quandam anam, Ipsa habi-  
 tantem, quae matrem Lutheri, olim Islebi in publico balneo fam-  
 mulantem, nouerit, ac de adolescente, quōm Incubum fuisse putat *Lutheri parē*  
 audierit, à quo illa impregnata fuerit antequam cognita esset à *tes.*  
 viro suo, Ioanne Luthero. Nos isti affirmationi, quamuis in lite-  
 ras relata sit, fidem nostram non obstringimus Sed lectori ipsius  
 potius verba suggerimus, quae Germanice de seipso scripsit hoc  
 sensu. Oportet me aduersariorum meorum misereri, meaque nati-  
 uitatem commemorare. Est nobilis (inquit) ac famigeratus Co-  
 mitatus in Episcopatu Halberstatiensi, & principatu Saxoniae *Lut. in decla-*  
 situs, qui vocatur Mansfeld, & norunt patrem meum, & me *rat sermo. de*  
 personaliter omnes fere Gratioli Domini mei, Comites, Cunthe- *Eucharistia.*  
 rus, Ernestus, Moserus, Gebhardus, & Albertus. Natus sum



P R Æ F A T I O.

Hebii, educatus in Mansfeld, literis eruditus Magdeburgi & Ifennachi. Erfordie Magister ac Augustinus factus, & nunc Doctor Vuittenbergæ, & Bohemæ in tota vita mea nunquam propinquior fui, quam Dresdæ constitutus. Hæc ille de se ipso Nos autem non multum interesse putamus, vnde cumque secundum carnem procreatus sit, siue Luther, siue Luter, siue Lutherus cuius mala mens, malus animus, Diabolice suggestionis subiectus, tot malorum vel occasio vel causa existit. Certe Caesar ipse in Edicto Vuormaciensi pessima queque de eo suspicatur, neque veretur de eo ista scribere verba, post longum scelerum eius enumeratorum Catalogum. Et scribit (inquit) nihil ferme aliud nisi quod ad seditionem, schisma, bellum, caedes, rapinas, incendia, atque ad defectionem vniuersalem Christianæ fidei, tendit atque subseruit. Et vt innumere eius nequitia breuitatis gratia omittantur, Vnicus iste, non homo sed malus inimicus, sub specie hominis, in habitu monachali, plurimo um hereticorum iam olim damnata hæresis, longoque tempore absconditas & sepultas in vnam sentinam collegit, atque aliquas ipse de nouo excogitauit. Hæc Imperator noster Vuormacie, Qui mox deinde bello Mediolanensi implicatus fuit. Et dum procul à Germania abesset, scilicet Lutheri per homines factiosos, rerumque nouarum cupidos, non solum longe lateque per omnes fere prouincias Germaniæ disseminata, verum etiam ad exterarum Nationum propagata, maxime vero ad regiones Aquilonares, Daniæ, Suetiæ, Prussicæ, Liouoniæ, magnisque potentium Principum Ciuitatumque confederationibus roborata, ita excreuit, vt nemo fuerit, vel ad contemnenda Potentissimi Caesaris nostri mandata, superior atque ferocior Lutheri, vel ad laceffendum conuictis & iniuriis quoslibet Principes pronior atque minacior.

Verba Caesaris in Edicto de Luthero.

Vires sectæ, Luth.

F I N I S.